



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive  
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel  
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam  
insignium memoriam in menses diesque ...**

**Nádasi, János**

**Antverpiae, 1665**

VI. Die Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9625**

Mort.  
Lux.

illam adeptæ beneficio, quotidianâ eiusdem officij recitatione gratus. Ammissione cum Patribus redux, in silua sagittâ in corde traiectus occubuit. De hisce quatuor perhibet fama con-

stans: in loco, vbi occisi sunt, lumên conspectum: vti & in templo, in quo sunt conditi; lux quædam totum templum illustrans apparuit plus quam horæ integræ interuallo.

## VI. DIE MAII.

P. FRANCISCVS  
BENCIVS.

Italus Ro-  
mæ. 6 Maij  
1594.  
ætat. 52.  
Vocatio.  
Crucifixus.

**D**VM de Societate incunda delib-  
berandus, mæstus, variè flu-  
tuans, & consolatore quæ-  
rens noctu lachrymaretur, pulcherri-  
mam Crucifixi effigiem obiectam per  
horæ ferè spatium vidit vt aiunt, æstu  
animi nunc ad Societatem, nunc ad  
spes mortales accedente, & recedente.  
In Societate tres fratres habuit, & miti  
obedientiâ, labore inter docendum, &  
scribendum improbo, humilitate mo-  
destissimâ, morumque simplicitate  
conspicuus. Fufius de illo annuæ Ro-  
mæ anni 1594.

P. ANNÆVS  
MAUPEOV.

Gallus So-  
nonis. 6.  
Maij. 1634.

**H**IC mundi satur posteaquam latè  
Orientem concursasset, ac mise-  
randam Turcarum cecitatem attente,  
meditareque vidisset, in ipsa honorum  
quâ re, quâ spe, quippe Regio ærario  
iam præfectus, ad Christi castra se  
transtulit in Societate Iesu. In qua, &  
fidei donum, & paupertatis thesauros  
magnificè prædicabat, æstimabatque  
impensius. Frequentissimâ in carnem  
verberibus afflictam sæuitiâ fuit præ-  
stans; atque inde fortasse illi tanta, in

perperua orandi assiduitate, fuit è cæ-  
lo concessa affluentia lacrymarum, vt  
post orationem non longam, vnum  
sæpè, ac alterum quoque strophio-  
lum vix illi suffecerit ad eas abster-  
gendas.

P. ANTONIVS  
DE RHODES.

**C**ONCIONES ad extremum vsque  
virium, ætatisque magnâ conten-  
tione, ac rei catholicæ, diuinoque glo-  
riæ emolumento exercuit, verè Con-  
cionator Crucis, cuius triumphum  
agere videbatur quando deiectum  
passim vndique quâ quâ hæresis graf-  
sabatur, crucis trophæum, vbi vbi op-  
pidorum concionaretur, erexit, pristi-  
noque loco splendori restituit. Con-  
cionales hæretici dogmatis imposto-  
res acerrimè profligabat. Speciem pro-  
digij habet (verba sunt epistolæ de illo  
perscriptæ) quod cum aliquando in  
quemdam huiuscemodi impostorem  
incidisset, illumque ad fidei pugnam  
laccessuisset, tanto verborum pondere  
illi nostræ fidei mysteria, magno spe-  
ctante cœtu probavit, vt impostor non  
secus, ac si fulmine ictus foret, in ter-  
ram moribundus corruerit; spumal-  
que horrendum in modum totis buc-  
cis profuderit.

Gallus in  
Prou. Lug-  
dunensi. 6.  
Maij. 636.  
ætat. 77.  
Soc. 60.

Crux.

Conclu.

Zelus fidei.

Confess.

P. VALE-



P. VALERIVS  
DE LEDESMA.

Hispanus  
Manilæ. 6.  
Maij. 1639.  
ætat. 83.  
Soc. 67.

Obid.

P. Suarez  
prædicator.

Post tyrocinium per ipsos duodevigi-  
ginti annos humaniora docuit cum  
laude, nihil questus, & tum primùm,  
iam Sacerdos, Philosophiæ admodus  
est, Francisci Suarez postea in Theo-  
logia discipulus; qui Valerio de Indijs  
adeundis consilium petenti dixit. Vade  
felicibus auspicijs in Philippinas, ibi  
eris Prouincialis, & Manilæ bis Re-  
ctor. Id quod factum, Etenim primùm  
Zebuense, tum Manilanum Collegiū  
rexit: inde Prouinciam vniuersam per  
annos octo: deinde Nouitios, ac de-  
nique Manilanum Collegium iterum  
gubernauit, omni rectione tandem  
post annos 40 perfunctus. Dæmonin-  
genti strepitu in ea in qua P. Valerius  
in India degebat domo, & per suos  
magos, suum in eum odium testatus  
est. Naturæ suæ ardore ad diuina tran-  
sato vsus est egregiè. Concludere me-  
dici Vallisoleti, cum de illo tunc ægro  
consultarent, illum esse ignea naturam  
summo gradu, neque facile vllum à se  
lectum in libris, qui Valerio in hoc par-  
esset. Et tamen aded sui compos erat  
ac potens, vt præter viuidos quosdam  
spiritus in dicendo, & consilijs, nullam  
iræ aut commoti animi significatio-  
nem vnquam ediderit, semper verè  
humilis, verè omnium amans, & do-  
cumentum viuum in optimo Superi-  
ore suos non sua quærente virtutis.  
Potiorem Prouinciæ partem obibat  
pedes. Peccata totius vitæ breui com-  
pendio dolenter, ac prudenter confi-  
tebatur quotidie, ijs quæ particulatim  
narrare non poterat ad generales quas  
antea obierat exomologeses remissis.  
Post tres horas quietis surgebat, &  
orabat. Et paulò ante quàm alij sur-  
gerent, quietis iterum aliquid capie-

Confess quot.

bat, vt diei pondus vegetus sustineret.  
Ad aram inter sacrificandum aliquan-  
do animo linquebatur. Aliàs in ora-  
tione ab humanis abductum laudasse  
fertur Christus ob virtutes cum alias,  
tum quoddam in casu quodam id fecisset  
quod diuinæ voluntati magis consen-  
taneum esse ducebat. Aliàs suam illi  
opem promisit. Sabbato quodam san-  
cto singulari luce perfusum se scisit  
circa sensum illorum verborum *ego sum  
qui sum*: quæ lux postea increuit ope  
S. Francisci (quem vnice colebat Va-  
lerius) addentis: *ego sum qui sum; tu es  
qui es*. At maior hisce lux fuit illa à  
Deo postea sic illi loquente. *Tecum ego  
sum qui sum, tecum*; cum insigni fiducia  
diuini vbique præsidij adfuturi. Superi-  
ori diserte dixit, se curæ esse Marti-  
dei, & de hoc se ante annos aliquot  
reddidit certiore. Confessario se-  
xies aut septies affirmavit, Deiparam  
sibi videri visam dixisse. *Fili, salua te*.  
Praxis illius cum Deo, & Dei Marti-  
agendi erant orationes iaculatoriæ,  
quarum quibusdam plus insistebat,  
verba singula iterum ac iterum regu-  
stando, & repetendo vsque ad suauem  
cordis incendium, idque se aiebat à  
suo S. Francisco sic orante didicisse.  
Vnde & illi stuebant horæ ac dies in  
Dei præsentia, illo suspirio sæpius re-  
petito: *Deus meus, & omnia*. Inde illi  
lux, vt necessarijs prouideret sed ma-  
ximè vt ne Spiritus Societatis in sub-  
ditis intercideret, aut elanguesceret.  
Martyrij Iaponici desiderijs ardebat.  
Manilæ cum naues summo cum desi-  
derio anxie expectarentur, pro con-  
uocione dixit, Bono essent animo: na-  
ues aduentare, & mox nuncio de nau-  
bus appulsis allato varicinijs veritas e-  
nituit. Rogatus clam, an id diuinitus  
didicisset, obtruncit.

Oratio

Voluntas  
Dei.

S.P.

Iaculator.



P. FRANCISCVS  
COLIN.

Hispanus  
in Philippinis.  
6. Maij.  
1660. 21. 68.  
Soc. 14.

Oratio.

**M**Aioricæ Alphonso Rodriguez familiariter vsus, multa cum illo de diuinis contulit; eiusque vitam postea typis in lucem dedit. Philippinas Insulas ubi adijt, istic Tagalensem linguam intra duorum mensium spatium ita didicit, vt ad concionem aptè dixerit cum Sociorum admiratione. Deinde anno vno vix elapso, centum quæ paruulos, quæ adultos baptismo frustra. Silentij, orationis, lachrymarum, ac sui assidue afflictiandi dono fuit illustris. Sæpè, ac diu vivebat in syluis cum ijs quos erudiebat, Deo, illisque Christo formandis intentus. Mamilano Collegio, ac etiam vniuersæ Prouinciæ præfuit cum laude magni ad omnes exempli, industriæ, charitatis. Quotannis à 17. Septembris vsque ad 4. Octobris, Francisci sui tenerè memor, secedebat ad ascericas S. P. Ignatij exercitationes. Potionis cuiusdam Indicæ (quam Ciccolaram vocant) vsum nunquam admisit, ne se indulgenter his quasi delicijs tracta-

ret. Aiebat, se id Beatissimæ Virginis amori dedicasse, vt à potu illo abstineret: monitum se ab illa interno instinctu, seu voce, vt se ad eius vsum nullis precibus adduci pateretur, placitum id sibi si ab eo constanter abstineret vsque ad mortem.

Incredibili Martyrij desiderio flagrabat, quotidie coram Cruci affixo Christo petens donum pro eo moriendi.

In Mindorana Missionè, cum duos, à quibus ferè pendebat conuersio reliquorum, duos videret, ac noctu vigil secum dispiceret ecquis modus in eundus esset illos ad fidem adducendi: repentino timore correptus est, num ipse qui de aliorum salute cogitaret, saluus futurus esset. Ergò delectulo sese proripuit; ac totus in preces effusus, Deum rogauit vt velut pro pignore prædestinationis ac salutis suæ duos illos sibi donaret. Obtinuit. Etenim diluculo, duo illi hætenus pertinaces, vtrò Franciscum adiere, ac baptismum ab eo magnoperè flagitauerunt; Francisco & illis & sibi vnicè gratulante, ac diuinæ misericordiæ gratias referente.

VII. DIE MAIL.

P. PAVLVS  
ACHILLES.

Italus Panormi.  
7. Maij. 186.  
ætat. 74.  
Soc. 47.

Charitas.

**I**N Sicilia habitus pro magistro, & in norma virtutis. Præfuit Collegio Panormitano primus Rector, idque per annos 23. continenter, suauitate tantâ vt ipsa in eo charitas loqui diceretur. Ne disciplinæ, ac simul charitati deesset, quendam ad suscipiendum nescio quid pœnæ committat per ipsos 30. dies attemperatè dispo-

suit, cum nec parcere vellet, nec lædere. Cum nihil domi esset quo socij vescerentur, tamen ære campano signum dari iussit, & eodem tempore, ad portam tantum annonæ appulit quantum sat erat. Liberalem experiebatur Deum, quia & ipse erat erga pauperes liberalis. Semper infra alios se habere, libenter moneri à quolibet, in pistrino laborare, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum frequenter visere, illudque absens etiam noctu, & interdum crebrius reuereri, cum socij ne in ætate

Mortific.  
B.P.

Zelus.

Sacrum

S.P. Ign.

Mort.

Hispanus  
in S. C.  
7. Maij.  
ætat. 80.  
Soc. 64.

S. Mich.  
Zelus.

Humilitas.